



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

I. De Bigamia Abrahæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

C A P V T  
XVI.

## LOCI PRÆCIPVL

- I. *De Bigamia Abrahæ.*
- II. *Res secundæ pariunt insolentiam, quæ pugnat cum Modestia seu ταπενωφροσύνη.*
- III. *Miseriæ œconomicæ sunt exercitia patientiæ, frœdi, innocionis, & aliarum virtutum.*
- IV. *De usu afflictionum.*
- V. *De Ecclesia, quod non sit aliquata ad primogenituram de alias carnales prærogativas.*

I.

D E B I G A M I A  
*Abrahæ.*

Vñitata & uerissima regula est, Non exempli sed legibus iudicandum esse. Est autem lex comp

in Paradiso sancta, ut sit duarum tantum personarum indissolubilis coniunctio. Erunt duo in carnem unam. Hanc legem Christus Matth. 10. Et Paulus 1. Corinth. 7. repetit. Excusatur autem Abraham, eo quod facta sit ipsi promissio Seminis, quod ex uxore sterili & effecta expectare non potuerit. Ideo de sententia & uoluntate uxorius, concubine consuetudine usum esse, praesertim cum Polygamiam posse illarum gentium esset, & pro peccato non haberetur: sicut nunc in Germania Ebrietas ferè in morem politicum abiit, ut non modo pro peccato non habeatur, sed etiam laude ducatur. Fuit etiam usitatum in illis gentibus, ut uxores steriles, Maritis adiungerent ancillas suas, ex quibus Dominis liberi & heredes nascerentur. Sic Plutarchus narrat Stratonicen Regis Deiotari uxorem sterilem, Clam iunxisse marito ancillam Electram, ex qua haeredem Regni suscepit. Potest autem ad hunc locum tota doctrina de Coniugio supra Capite Secundo recitata, transferri.

## II.

RES SECUNDÆ  
pariunt insolentiam.

Sicut Agar propter donum fecunditatis effert se supra dominam, eamq; superbè contemnit: Sic

X. & omnes